Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

las de corpore ita dubitare non possum maxime si meminerimus quod apl
lato ioseph corpus accepisse. Nonne tibi uidetur aquilę circa corpus maria
cleopę et maria magdalenę et maria mater dni. aplorum q; conuenisse cir
ca dni sepulturam. Nonne tibi uidetur aquilę circa corpus quando ue
niae cum intelligibilibus nubibus filius hominis. et uidebit eum omis oculus
et qui eum compunxerunt. Est enim corpus de quo dictum est. Caro mea
uere est esca et sanguis meus uere est potus. Circa hoc corpus aquilę sunt
quę alis circumuolant spiritalibus. sunt et circa corpus aquilę quę cre
dunt ihm incarne uenisse. quia omis spus qui confitetur ihm xpm
incarne uenisse. de deo est. Ubi ergo fides ibi sacramentum. Ubi diuer
sorum scientia est. Est enim corpus ecclia. in qua pbaptismi gratiam renouamur
spu. et occidua senectutis reduuiuas reparantur ętates. Sinite pueros ue
nire ad me. et nolite eos uetare. Talium est enim regnum dei. Ad quę ętas hec
infirma est uirib. in ualida ingenio. in matura consilio. Non ergo ętas
pficitur ętati. alioquin obest adolescere. Quid uotis opus est ut ęui ma
turitas consequatur si michi meritum regni dep datura celestis est. Ergo ds
uitę pcessum adulta dedit. non adincrementa uirtutis. et cur
ipse aplos non puerilis s; puerilioris ętatis elegit. Cur autem pueros apls
regno dicit dignos et celorum. Fortasse quia malitiam nesciant. fraude
re non norint. retorqueri iniurias non audeant. scrutari ignorant opus homi
num. ambitionem non appetant. S; non ignorare ista uirtus est s; contę
nere. nec contaminatę laus. ubi infirmitatis integritas. Non igitur puer
tia s; emula puerilis simplicitatis bonitas designatur. Non enim uirtu
tis est non posse peccare s; nolle. atq; ita tenere pseuerantia uoluntatis
ut uoluntas infantium usus imitetur naturam. Denique ipse hoc sal
uator ex pssio dicens. Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut pueri iste
non intrabitis in regnum celorum. Quis ergo puer imitandus aplis xpi. uim
ex paruulis; hęc igitur uirtus aplorum. Quis ergo. Ecce forte ille de quo
ysayas ait. Puer natus est nobis. filius datus est nobis. Ipse enim puer ubi